

invadere faciemus nec vobis aut regno vestro et iam dicte terre dominationis vestre guerram aliquo modo faciemus. Et ut hec omnia supra scripta firmiter et illibata a nobis supra dicto Frederico dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto et Heinrico filio nostro rege et heredibus nostris, tam vobis supra dicto illustri regi Willelmo, quam here-  
 5 dibus vestris et regno vestro et toti terre dominationis vestre attendantur et observentur, nos predictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio in presentia beatissimi patris nostri pape Alexandri et cardinalium et legatorum vestrorum Romualdi venerabilis Salernitani archiepiscopi et Rogerii egregii comitis Andrie et principum ac fidelium nostrorum a comite Henrico de Diessa in anima nostra supra sancta dei evangelia et sanctorum  
 10 reliquias iurari fecimus et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua id ipsum iurare faciemus usque ad medium futurum septembrem indictionis undecime. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Corradum Guormaciensem electum, Godefridum imperialis aule cancellarium, Wortwinum protonotarium, markyionem  
 15 Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandie, comitem Dedonem de Groyx, comitem Henricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna. Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heinrici regis filii nostri et principum nostrorum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum et predictorum  
 20 principum iuramento communitum vobis supra scripto illustri regi Willelmo fecimus assignari. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense augusti, decima indictione.

## 420.

*Kaiser Friedrich I. bestätigt den Venetianern die alten Verträge seiner Vorgänger. — Zeugen:*  
 25 *Markgraf Dietrich und dessen Bruder Dedo. Venedig, 1177 Aug. 17.*

*Hdschr.: Cod. dipl. Venetus-Trivisanus Bibliothek St. Marco Venedig.  
 Gedr.: Prutz, K. Friedrich I. 2,378. Stumpf 4210.*

— — Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri sub testimonio principum,  
 30 quorum nomina subscripta cernuntur et sunt autem hi videlicet.

Ulricus patriarcha Aquiliensis. Enricus patriarcha Gradensis. Christianus Maguntinus archiepiscopus. Philippus Coloniensis archiepiscopus. Arnoldus Treveriensis archiepiscopus. Vuicmannus Magdeburgensis archiepiscopus. Hartvicus Augustensis episcopus. Conradus Vuormacensis electus. Vuorthuinus prothonotarius. Sebastianus  
 35 Zianus dux Venetie. Florentius comes Holandie. Enricus comes de Dietha. Theodoricus marchio de Landesberc et frater eius Dedo comes. Conradus marchio Anconitatus. Ubertus comes de Blandato. Corradus marchio de Monte Ferrato. Petrus Traversarius de Ravenna. Taurillus Ferrariensis.